



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XXXVII. Augustino tria religiosæ vitæ consilia diuinitus insinuantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

Rom. 13. periodum: *Non in comedationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitys, non in contentione & emulatione: sed induimini Dominum IESVM CHRISTVM, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs.*

CAPVT XXXVII.

Augustino tria religiosæ vitæ consilia diuinitus insipuantur.

Omnis circa vitæ institutu du-
bitationes Augustino
etiamne scunt. **S**V B S T I T I T h̄ic, nec vltiorem lectio-
nem adhibuit: statim enim omnes illæ
dubitaciones ac perturbationes, quas ad-
huc circa vitæ institutum passus erat, velut
fumi quidam confessim euanuere, ac quasi
squamæ Paulinæ subito decidere. Facile
namque poterat aduertere, sibi velut & ce-
teris quibuscumlibet, sublimiorem in cœlo
mansioñem per monasticam vitam affe-
ctantibus) Euangelicam hisce verbis pér-
fectionem, triaque religiosæ vitæ consilia
diuinitus commendari. Ac in primis pau-
pertatem, quæ opum contemptrix est, om-
nemque intemperantiam auersatur, his ver-
bis: *Honestè ambulemus, non in comedationi-
bus & ebrietatibus.* Castitatem autem quæ
aduersatur turpitudini, sequentibus verbis:
Non in cubilibus & impudicitys. Obedien-
tiā denique, quæ alteri cedit, atque mo-
rem in omnibus gerit, per hæc verba: *Non
in con-*

in contentionē & emulationē: sed induimini
Dominum IESVM CHRISTVM; efficiēdo ni-
mirum , vt is in omni vestrā actione se pro-
dat , perque omnem vitam eluceat : verbo
enim *induendi*, Hebrai copiam significare *Quid sit
Christum*
solent. Vnde Psalmographus significare *induere.*
volens , maximam fore omnium copiam ,
Induti, inquit, *sunt arietes ouium*. Vult igitur Psal. 64.
tur, Chrysostomo interprete , nos vndique
Christo ita circumdari , sicut vestimento;
vt in omnibus eius voluntariam paupertati-
tem, perpetuam castitatem, integrum obe-
dientiam , aliasque virtutes heroicas expri-
mamus, omnesque cum interiores tum ex-
teriores actus nostros in ipsum dirigamus.
In quod studium nulli hominum magis
incumbunt, quam Euangelicæ perfectionis
professores , habitibus prauis & maculosis
suorum affectuum , velut calceis , instar
Moyfis, sub interminatione mortis eternæ, Exod. 3.
semet exuentes ; ijdemicque vi consiliorum
Euangelicorum, (quæ in præceptum spon-
taneâ vouentium electione transierunt)
instituti sui regulis semet attemperantes.
Quibus denique subiungitur aptissimè:
Carnis prouidentiam ne feceritis in desiderijs,
cum eiusce curam habere oporteat iuxta
corporis indigentiam , non vero iuxta eius-
dem de peccato natam cupiditatem : quod

*Religiosi
hominis
munia.*

hi faciunt Religiosi , quæ sursum sunt sapientes, non quæ super terram . Idem corporis illicita desideria circumcidunt , sensuum ad mala prinos impetus refrænant, honorum onera dignitatumque molestias abijciunt ; delicias & voluptates, quamvis licitas , abnegationis sui studio non admittunt: virtutibus in primis vacant, familiarique velut Dei colloquio fruuntur; indeque percipiunt ineffabilēm istam dulcedinem, quam in lectione Epistolæ D. Pauli sensit Augustinus , cui

*Paulinus
ad Cithere-
rium.*

— *in suarum literarum corpore
Paulus magister adfuit,
Amansq; puro corde lectorem sui,
De mortis abduxit manu.*

CAPUT XXXVIII.

*Augustinus monasticæ vitæ genus firmiter
amplecti decernit, ei fit comes Alipius.*

IT A Q V E his Apostoli verbis excitus Augustinus , quid sibi contigerit, Alipio narrat: qui rei miraculo percussus , institut videre quid legisset ; sententiamque deinceps persequens, consequenter legit : *Infir-
num autem in fide assumite : quod ille ad se
referens , in religiosi cœlibatus proposito
(quod hic lib.8.cap.12. & suprà cap.6. pla-
citum vocat) Augustino socius esse decre-
uit:*